O vere digna hoſtia) i. ſacra (ꝑ quā) ſ. hoſtiā (tartara ſūt fracta) ⁊ ꝑ quā (plebs
captiuata) i. aīe ſctōꝝ i iferno detēte. ſunt redēpte. ⁊ ꝑ quaꝫ (ꝓmia vite) eterne ſūt
reddita (plebs) dico (captiuata redit) i. reuertit̄ (ad ꝓmia vite) ſupple eterne.

Cū ſurgit chriſtus tumulo: uictor redit de baratro.
Tyrannum trudens uinculo: & reſerans paradiſum.

Cū) i. qn̄ (xp̄s ſurgit tumulo) i. d̄ ſepulchro (victor redit d̄ baratro) i. d̄ fouea iferni
(trudēs) i. claudēs (tyrānū) i. diabolū (vinculo) i. cū poteſtate ſua ligās eū (⁊ re
ſerans ꝑadiſuꝫ) fidelibus tuis: q2 tua miſericordia hoc feciſti. ideo rogamus te.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierū. Canit̄ in re diuina aſcē

ſionis dominice. cõmemorata chriſti aſcenſione & regno illi a patre tradito. petit illius beneficiũ in die iudicij.

e Terne rex altiſſime: redemptor & fidelium.
Quo mors ſoluta deperit: datur triumphus gratie.

O eterne rex altiſſime ⁊ redẽptor fideliũ (quo) i. ꝑ quẽ mors (ſoluta depit) i. deſtructa extitit vel periit. vel (mors) i. deſcẽſus ad iferna. q2 ſancti illuc modo nõ deſcendunt. vt ante paſſionẽ xpi (triumphus) i. victoria gratie datur iam glorificatis in anima ⁊ corpore glorificandis in reſurrectione.

Scandens tribunal dextere: patris poteſtas omnium.
Collata ieſu celitus: que non erat humanitus.

Tu es ſcandẽs) i. aſcẽdẽs (tribunal) i. ſedẽ (dextere pris) i. ad eq̃litatẽ pris (poteſtas oium) rex (eſt collata) i. attributa (ieſu) ſ. xpo ⁊ hoc (celit⁹) i. diuinit⁹. poſſum⁹ dicere ꝙ ſol⁹ ẽ ad dexterã pris. Ceteri ordies ſctõꝝ ad ſiniſtrã reſpectu claritatis filij (q̃ ptãs nõ erat) ei (collata hũanit⁹) i. ꝙ diu vel qñ erat in mundo.

Vt trina rerum machina: celeſtium terreſtrium.
Et infernorum condita: flectant genu iam ſubdita.

Dico ꝙ ptãs dat diuinit⁹ xpo q̃ nõ erat humanit⁹. vt (trina reꝝ machina) ſ. celeſtiũ terreſtriũ ⁊ infernoꝝ ꝯdita ad te (flectant genu iaz ſubdita) i. flectẽtes genua celeſtes terreni ⁊ infernales (ſunt ſubdita) i. hũiliata tibi ad honorem tui.

Tremunt uidentes angeli: uice uerſa mortalium.
Culpat caro. purgat caro: regnat deus dei caro.

Angeli videntes) humanaz formã vel naturaz tremunt) i. mirant. ſcz quia videbant humanaz naturaz per ipm xpm ad dexteram patris collocataz ⁊ exaltatam ⁊ hoc (vice verſa mortaliũ) tremebant ⁊ mirabant. Et nota ꝙ ante natiuitatem chriſti angeli ab hominibus ſe adorari patiebantur. ſed non poſtea ſicut legimus de ioanne: qui cum vellet angelũ adorare: inquit angelus ioanni. Noli me adorare: ſeruus tuus enim ſum ⁊ fratrum tuorum (Caro) ade (culpat nos) ideſt per adam in peccatum cadimus (caro) chriſti (purgat) nos. ideſt per chriſtum de vicijs ad virtutes ſurgimus (caro) dei. ⁊ deus (regnat) quia chriſtus deus eſt et homo.

Tu eſto noſtrum gaudium: manens olimpo preditum.
Mundi regis qui fabricam: mundana uincens gaudia.

O xpe tu eſto noſtꝝ gaudiũ manens ꝑditũ) i. nobis paratũ honoratũ vel ſublimatũ (olympo) i. in celo (tu qui regis) i. gubernas (fabricaz) mũdi (vincens mundana gaudia) i. amor tuus ſupercellit oẽs delectatiões mundi.

Hinc te precantes queſumus: ignoſce tu criminibus.
Et corda ſurſum ſubleua: ad te ſuperna gratia.

Quaſi diceret ſupercellit gaudia mundi. ⁊ (hinc nos ꝑcantes q̃s) i. depꝑcamur te (ignoſce criminib⁹) i. dimitte nobis peccata nr̃a. ⁊ (ſubleua) i. ſurſum leua (corda ad te ſupna gratia) i. ꝑ ſumma miſericordia.

Vt cum rubente ceperis: clarere nube iudicis.
Penas repellas debitas: reddas coronas perditas.

Nos q̃s te (vt cũ) i. qñ cepis (clarere) i. fulgere (repẽte) i. feſtinãter (nube iudi

cis) i.xp̄i (rubēte) i.clareſcēte.i.teip̄ ... ce aduenīēte a nobis (repellas penas dbi
tas) p̄ adā (ꝛ reddas) i.tribuas p̄ g̃az (corōas p̄ditas ꝛ culpaz iuētaz ꝛ collataz ſ꞉z
meritū per gratiaz.q꞉ nō neceſſitate cogēte:ſ꞉z volūtate ꝛ gratis a morte liberauit ꝛ
Gloria tibi domine.qui ſcandis ſupra ſydera ſaluauit nos.
Cum patre & ſancto ſpiritu.in ſempiterna ſecula.

O dn̄e) ieſu xp̄e (qui ſcandis ſupra ſydera) i.ſup̄ oēs celos (gloria) i.laus ꝛ honor
(ſit tibi cū p̄re ꝛ ſancto ſpū in ſempiterna ſecula) amē.i.ſine fine.

Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in feſto aſcenſionis dominice. Agit chriſto gratias ꝙ pro nobis paſſus eſt mortem: & nos a morte liberauit.

i Eſu noſtra redemptio.amor & deſiderium.
Deus creator omnium.homo in fine temporum.

O ieſu nr̄a redēptio) tu dico (amor ꝛ deſideriū) noſtꝝ.i.amor deſiderabilis (de-
us creator oiūz) q̄ es (in fine tempoꝝ) fact⁹ (hō) vn̄ de⁹ ꝛ hō ꝛ hoc in vltia etate.

Que te uicit clementia.ut ferres noſtra crimina.
Crudelem mortem patiens.ut nos a morte tolleres.

Que) i.q̄nta (clemētia) i.pietas (vicit) i.cōpulit te (vt ferres) i.portares vel de
leres (noſtra crimina) i.peccata (patiēs crudelē mortē) crucis p̄ pctis nr̄is: et
quare (vt tolleres) i.liberares (nos a morte) i.a diabolo.

Inferni clauſtra penetrans.tuos captiuos redimens.
Victor triumpho nobili.ad dextram patris reſidens.

Tu penetrās) i.frāgēs (clauſtra iferni) r̄dimēs ſāguie tuo (captiuos) q̄ tenebāt̄
iuſte ī iferno (reſidens ad dextrā p̄ris manēs victor triūpho nobili) i.mirabili vi-
ctoria.

Ipſa te cogat pietas.ut mala noſtra ſuperes.
Parcendo & uoti compotes.nos tuo uultu ſaties.

Ipſa pietas) que (cogit te) vt ſubires mortē crucis (cogat) i.īpellat te (vt ſupes
nr̄a mala) i.dimittas nobis debita noſtra (ꝛ ſaties) i.impleas ꝛ frui facias (nos
compotes noſtri voti) i.deſiderii (tuo vultu) i.tua p̄ſentia.

Tu eſto noſtrum gaudium.qui es futurus premium.
Sit in te noſtra gloria. Per cuncta ſemper ſecula.

Et tu q̄ es futur⁹ nr̄z p̄miū (eſto noſtꝝ gaudiū) i.in p̄ſenti ꝛ ī futuro (ꝛ nr̄a gloria)
ideſt laus (ſit in te ſemp̄) i.in omni tp̄e (p̄ cuncta ſecula) amen.

Carmen eſt quale illud Primo dierū. Canit̃ in feſto penthecoſtes: hoc ē quinquageſime. Spiritū ſanctū implorans. petit ut illius amore nos inflāmet & in dei gr̃a confirmet.

u Eni creator ſpiritus.mentes tuorum uiſita.
Imple ſuperna gratia.que tu creaſti pectora.

Materia hui⁹ hymni ē ſpūs ſctūs quē p̄r p̄miſerat qn̄ dixit Johel. Effundā de ſpū
meo ſup̄ oēz carnē. Fili⁹ p̄miſit qn̄ dixit. Si aſſumpt⁹ fuero ī celū mittā vobis paracli
tū. ꝛ apoſtolis ſimul orantib⁹ in hora tertia mūdus tonuit. ꝛ ſubito venit ſpūs ſctūs
ꝛ apoſtoli īflāmati ſpū ſctō diuerſis loq̄bāt̄ līguis magnalia dei. Intentio ē rogare

gratia ſpũs ſcti vt expellat a nobis viſibiles ꝛ inuiſibiles hoſtes vt habeam⁹ vitam ꝑmanentẽ cũ ipſo. O (creator) ſctẽ ſpũs dei (veni ꝛ viſita mentes tuoꝝ) fidelium ꝛ veniendo (imple pectora ſupna gratia (que tu creaſti) i. feciſti.

Qui paraclitus diceris: donum dei altiſſimi.

Fons uiuus ignis charitas: & ſpiritalis unctio.

Qui paclit⁹) i. cõſolator (diceris donũ dei altiſſimi) ꝛ diceris (fons viu⁹) de quo non cõicat alienis. vel (fons viu⁹. aq̃ ſaliẽtis i vitã etnã ꝛ diceris (ignis) q꞉ corda hoĩuz ad dilectõez dĩ ꝛ ꝓximi accẽdis. ꝛ vicia. i. pctã ꝯſumis. ꝛ diceris (charitas) q꞉ facis diligere deũ ꝛ ꝓximũ. ꝛ diceris (ſpiritalis vnctio) quia de ſpiritali vnctiõe idest de ſpũ ſctõ vngis corda hominũ vt humilient in baptiſmo.

Tu ſeptiformis gratie: dextre dei tu digitus.

Tu rite promiſſum patris: ſermone ditans guttura.

Tu es ſeptiformis munere) i. donis (gratie) i. ꝓpt ſeptiformẽ gratiaz. Septẽ enĩ ſunt dona ſpũs ſcti. ſpũs ſapie ꝛ itellect⁹. ſpũs ꝯſilij ꝛ fortitudis. ſpũs ſcie ꝛ pietatis ꝛ amoris (tu) es (digitus) i. potẽtia (dextre dei) q꞉ ſicut modi digitoꝝ varij ſunt ita varia ſũt dona ſpũs ſcti. ꝛ (tu) es (ꝓmiſſuz patris, ditãs) i. ꝛ faciẽs diuites guttura vł pectora (ſmõe rite) i. recte. vel tu es (ditãs) guttura (ꝓmiſſũ) i. ex ꝓmiſſo

Accende lumen ſenſibus: infunde amorem cordibus.

Infirma noſtri corporis: uirtute firmans perpetim.

Et tu q̃ operaris oĩa (accẽde lumẽ ſenſib⁹) i. mẽtib⁹ nrĩs: ꝛ (ĩfunde cordib⁹) noſtris amorẽ) i. dilectionẽ dei (firmans ĩfirma) i. debilia (noſtri corꝑis ꝑpetim) i. pennit vel ꝑpetuo (virtute) i. mirabilit cũ ꝟtute ꝑpetua ꝛ (ſꝑ nos firmans) i. ꝓtegens.

Hoſtem repellas longius: pacemqꝫ dones protinus.

Ductore ſic te preuio: uitemus omne noxium.

Repellas hoſtẽ longi⁹) i. remoueas eũ ꝓcul (qꝫ) ꝓ et (dones pacẽ ꝓtinus) idest cito (vitemus omne noxiũ) i. peccatũ (ſic te ꝓuio.) ſ. ductore.

Per te ſciamus da patrem: noſcamus atqꝫ filium.

Te utriuſqꝫ ſpiritum: credamus omni tempore.

Da) o ſancte ſpũs. vt (ꝑ te ſciam⁹ patrẽ atqꝫ noſcamus filiũ ꝛ credamus te vtriuſqꝫ ſpm̃) i. ꝓcedentẽ a patre ꝛ filio (omni tꝑe.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur in feſto penthecoſtes: quo ſpiritus ſanctus miſſus eſt ad diſcipulos chriſti; narratqꝫ que in eius miſſione facta ſunt.

i Am xp̃s aſtra aſcenderat; regreſſus unde uenerat.

Prom..ſa patris munera: ſanctũ daturus ſpiritũ.

Materia hui⁹ hymni ẽ eadez q̃ ī ꝓmiſſo. Spũs. i. ꝯſolator vel aduocat⁹ dicit cõſolator; q꞉ nos cũ ſum⁹ in pctis trahẽdo nos ad celeſtẽ patriaz ipe ſpũs ſctũs cũ ſplẽdore feruenti appuit diſcipulis ſuis ꝛ q꞉ ſermo igne⁹ futurus erat. ideo in ignea lingua eis appuit: q꞉ fecit eos ardẽtes in dilectiõe dei ꝛ ꝓximi ꝛ ꝑito ſermõe affluentes. Cõſtrue (xp̃s aſcẽderat iaz) ſcðm hũanitatem (aſtra) i. celos (xp̃s) dico regreſſus) i. rūerſus vñ venerat datur⁹ apl̃is mũera ꝓmiſſa pr̃is) i. ſpm̃ ſanctũ.

Solẽnis urgebat dies: quo myſtico ſeptemplici.

Orbis uolutus ſepties. ſignat beata tempora:

Solēnis) i. feſtiualis (dies vigebat) i. feſtiabat vel īminebat (ſepties ſeptē) q̄ ſūt xlix. ⁊ vno ad dito. i. ꝑ ſeptē itelligim⁹ tꝑalia. i. corꝑalia ꝑ q̄ ſeptē totū tp̄s vite noſtre voluit̄ i quo debem⁹ liberari a pctis vt ꝑueniam⁹ ad illā btitudinē q̄ itelligit̄ ꝑ xl. dies ī q̄b⁹ ieiunare debem⁹: vt ꝑuenire poſſum⁹ ad diē ſabbati. i. ad requiē (quo die myſtico) i. figuratiuo (ſeptēplici) i. ꝑ figurā ſeptēplicē (orbis) i. ſeptia (volut⁹ ſeptіes) i. ꝑ xl. ⁊ nouē dies (ſignat beata tp̄a) ſ. futura. i. eternam requiem.

Dum hora cunctis tertia. repente mundus intonat.

Orantibus apoſtolis. deum ueniſſe nunciat.

Et qꝛ xp̄s aſcēderat (dū hora tertia) videbat̄ eē (cūctis) oīb⁹ apl̄is (mūd⁹ intonat repēte) i. ſubito. ⁊ ille ſon⁹ vel mūd⁹ (nūciat deū veniſſe orātib⁹ apl̄is) i. ſimul i vnū locū cōgregatis. ⁊ orātib⁹ ⁊ expectātib⁹ ꝓmiſſionē dn̄i ſui. ſ. xp̄i cū ipſe de illa ꝓmiſſiōe eis ante aſcēſionē locut⁹ fuiſſet dicens. Vado ⁊ venio ad vos ⁊ mittā vobis paraclitū. i. conſolatorē qui docebit vos oēm veritatē. ⁊ ita facti ꝑfectiores in omni ſciētia erant: qꝛ diuerſa genera linguaꝝ loquebant̄ ⁊ p̄dicabāt magnalia dei.

De patris ergo lumine. decorus ignis almus eſt

Qui fide xp̄i pectora. calore uerbi compleuit.

Et qm̄ q̄d eē p̄f miſit ſpm̄. ergo (ignis) i. ſpūs (decor⁹) i. pulcher (eſt alm⁹ d̄ lumine patris) qui ſpūs (cōpleuit) i. vt haberet ſciētiam loquendi (pectora) apoſtolorū vel hominū (fida) i. fidelia xp̄i. ⁊ hoc (calore) i. ardore (verbi) i. filij.

Impleta gaudent uiſcera. afflata ſancto ſpiritu.

Voces diuerſas intonant. fantur dei magnalia.

Viſcera apl̄oꝝ īpleta) i. ſaciata. gaudēt (qꝛ fecit eos loq̄ntes ⁊ etiā ardētes ī amore (⁊ afflata) i. īflāmata ſpū ſctō (itonāt diuerſas voces) i. loquunt̄ idiomata omniū linguaꝝ. ⁊ (fatent̄ vel fant̄ magnalia dei) i. mirabilia dei. i. p̄dicāt nomē xp̄i.

Ex omni gente cogniti. grecis latinis barbaris.

Cunctiſq; admirantibus. linguis loquuntur omnibus.

Ex omni gente) i. ex oīb⁹ gētib⁹ (cogniti) ſunt apoſtoli. ſcꝫ a grecis latinis barbaris (cūctiſq; admirantib⁹) apoſtoli loquunt̄ linguis oīb⁹ que ſunt. lxxij.

Iudea tunc incredula. ueſana toruo ſpiritu.

Ructare muſti crapula. alumnos xp̄i concrepat.

Cū appoſtolis ita loq̄bant̄ oēs admirabant̄ ſic loq̄ntes: credētes deū i eis eē: ſꝫ iudea icrepat eos. i. plebs iudeoꝝ (icredula) i. īfidelis illa dico (veſana) i. īſana (toruo ſpū) i. ſuꝑbo (ↄcrepat alumnos) i. diſcipulos xp̄i (ructare crapula muſti) i. affirmat eos vino inebriari.

Sed ſignis & uirtutibus. occurrit & docet petrus.

Falſa profari perfidos. iohelis teſtimonio.

Eſtiabāt iudei q̄ p̄ nimio potu muſti. i. ꝑ ebrietatē apoſtoli talit̄ loq̄bant̄ ſꝫ petr⁹ occurrit (ſignis) i. miraculis (⁊ virtutib⁹ docet) i. ꝓbat (ꝑfidos iudeos ꝓfari) i. loqui (falſa iohelis prophete (teſtionio) ꝓphetauit enī iohel ſic. Effundā de ſpiritu meo ſuper omnē carnem ⁊ ꝓphetabunt filij veſtri ⁊ filie.

Sit laus patri cum filio. ſancto ſimul paraclito.

Nobiſq; mittat filius. chariſma ſancti ſpiritus.

Laus ſit patri cū filio ſimul ⁊ ſancto paraclito) i. ſpūi ſctō. ⁊ (mittat nobis) oībus fidelib⁹ (cariſma) i. donū ſancti ſpūs. vel grām ſpūs ſancti.

¶ Carmen eſt quale illud Primo dierū. Canit̄ in feſto pētheco

ſtes ſicut & ſuperiores hymni. na... quid ex hac miſſione cõ-
ſolatoris ſpiritus euenerit. petitqꝫ illius dona nobis infundi.

b Eata nobis gaudia. anni reduxit orbita.
Cum ſpiritus paraclitus. effulſit in diſcipulos.

Materia hui⁹ hymni ē ſpũs ſctũs quē pr̄ ꝛ fili⁹ ꝓmiſerũt iobele dicēte. Effundā d̾ ſpũ meo ſup oẽꝫ carnē ꝛ ꝓphetabũt filij vr̄i ꝛ filie vr̄e. ꝛ fili⁹ dicit. Si aſſũpt⁹ fuero ĩ celũ mittā vobis ꝑaclitũ. ꝛ apoſtolis orantib⁹ mũ d⁹ ĩtonat. ꝛ venit ſpũs ſctũs ĩ ſpē ignis. quo apl̄i ĩflāmati loq̄bāt magnalia dĩ varijs liguis. Querit̄ h̄ vtꝝ fili⁹ ſit a pa tre nō fact⁹ ſꝫ gẽit⁹ ꝛ ꝑiacẽti materia dico ex ſubſtātia pr̄is ꝛ nō ex aliquo. ſꝫ ex pr̄e Similit̄ dico d̾ ꝓceſſiōe ſpũs ſcti: q2 ſit ex pr̄e ꝛ filio ꝛ d̾ ſubſtātia vtriuſqꝫ coeq̄lis eis ꝛ nō ex aliquo fact⁹ nec ex nihilo. Cōſtructio (orbita) i. reuolutio (āni reduxit) no bis beata gaudia: cũ ſpũs ꝑaclit⁹ effulſit) i. reſplenduit (in diſcipulos.

Iguis uibrante lumine. lingue figuram detulit.
Verbis ut eſſent proflui. & charitate feruidi.

Cōſtrue (ignis) i. ſpũs ſctũs cũ ſplēdore feruēte apꝑuit diſcipulis q2 ſmo eoꝝ futur⁹ igne⁹ erat: ꝛ idō ĩ ligua ꝛ igne apparuit: q2 fecit eos ardētes ĩ dilectōe dĩ ꝛ ꝓximi ꝛ ꝑit ſmōe affluētes qd̾ d̾ h̄ (ignis) i. ſpũs ſcũs (d̾tulit figurā ligue vibrante) i. feruēte. (lumie ſuo) i. ſplēdore (vt) illi apoſtoli ꝛ diſcipuli) eẽnt ꝓflui) i. facũdi. ꝛ loq̄ntes (verbis) i. varijs linguis (ꝛ feruidi) i. ardentes ꝛ inflammati charitate.

Linguis loquuntur omnium. turbe pauent gentilium.
Muſto madere deputant. quos ſpiritus repleuerat.

Illi apl̄i (loquũt̄ liguis oĩuꝫ) ꝛ idō (t̄be gētiliũ pauēt) i. mirāt̄ ꝛ turbe ille (d̾putāt) i. valde putāt (madere) i. abũdat̄ (muſto) i. vino. illos (quos ſpũs ſctũs ſuo ſplē-

Parata ſunt hec myſtice. paſche peracto tēpore. dore ꝛpleuerat.
Sacro dierum numero. quo lege ſit remiſſio.

Cũ filij iſrael. xl. ꝛ. ix. ānis ꝑ deſertũ erraſſent in q̄nq̄geſimo anno iuxta montē ſynai cũ fulgore ꝛ tonitruo legē acceperũt. Itē ĩ lege moyſi. filij iſrael emebāt ſuos ꝛ an- cillas ꝛ agros ꝛ poſſidebāt. xl. ꝛ. ix. annis. in q̄nq̄geſimo anno oẽs liberabant̄ inde d̾ ann⁹ iubile⁹. i. remiſſiōis. ꝛ ſignificat octauā diē reſurrectiōis ĩ qua oẽs liberati erāt a ſuitute diaboli. ꝛ hoc ē (myſtice) figuratiue (ſunt patrata) i. cōpleta (pera- cto) i. cōpleto (tꝑe paſche ſacro nũero dieꝝ) in q̄nq̄genario (quo numero ſit remiſ ſio in lege) moyſi (vel myſtica) i. figuratiua.

Te nunc deus pijſſime. uultu precamur cernuo.
Illapſa nobis celitus. largire dona ſpiritus.

O pijſſime de⁹ (ꝑcamur te nunc) i. in ꝑſenti (vultu cernuo) i. ꝓno (largire dona ſpũs) ſancti (illapſa nobis celitus) i. deſt diuinitus infuſa.

¶ Carmen eſt dimetrũ iambicũ cacometrũ. Canitur in feſto euchariſtie. i. bone gratie hoc eſt corporis xp̄i. Narrat quēad- modũ hoc ſacramentũ in cena inſtitutũ eſt a xp̄o.

p Ange lingua glioſi: corpis myſteriũ: ſanguiniſqꝫ ꝑcioſi
quē ĩ mũdi ꝑciũ: fruct⁹ uētris generoſi: rex effudit gētiũ

Materia hui⁹ hymni glioſiſſimi: q2 d̾ xp̄o ĩfinite glioſo ꝛ ſolēniſſimo ē qd̾ dā ꝑceptũ ob ſuātia dignũ ab ecclia militāri approbatũ ꝛ dictũ vn̄ diligētiſſime huic fides adhibē da iuxta aurelij auguſtini dictũ ĩ epiſtola ad fũdamētũ. Euāgelio nō crederem niſi

q̄ꝛ eccleſia approbat. Q̄ꝺ quiꝺā ꝑce[illegible] vt pāgamꝰ ⁊ cātemꝰ corꝺe ⁊ ligua eucha riſtie ſiue corpis xp̄i myſteriū. Pro q̄uo ē aꝺuertēꝺū ꝙ oſ̄ia talis ē inꝫ iſta tria vocabula ibi repta. ſ. myſteriū. ſacrificiū ⁊ ſacr̄m. Nā p̄mo myſteriū ꝺr̄ ſacꝝ ſecretū vel ſacꝝ abſcōꝺitū. Et rō ē ex ſua ꝺeriuatōe, ſupra q̄ꝛ ꝺr̄ myſtis vl̄ myſticē grece qꝺ iꝺ ē eſt qꝺ ſecretū latine. Sacrificiū vero generalr̄ nō ꝓprie ſm̄ Iſiꝺoꝝ ē victima. ⁊ q̄cunqꝫ in ara cremanꝫ ⁊ ponunꝫ. ⁊ ſic ſumiꝫ ꝓ oblationibꝰ q̄s antiq̄tꝰ faciebant ſcꝫ vitulōꝝ bircoꝝ ⁊c. Sacr̄m tn̄ intelligiꝫ ſic. iꝺ ē ē ꝙ ſacre rei ſignū: q̄ntū aꝺ ethimologiā vocabuli vel ſacr̄m ē rē ſecretā ꝯtinēs. Nā aliuꝺ cerniꝫ: aliuꝺ intelligitur. Et ꝺr̄ a ſacer ſacr̄m. ti. qꝺ iꝺ ē ē qꝺ pignꝰ ſpōſionis ſicut iuſiuranꝺū ꝺaꝫ alicui. vt ſit fiꝺeiuſſoꝛ. Quapꝛopꝫ tm̄ ergo ſacr̄m. ſ. eucbariſtie ꝺe quo hymnꝰ cantat ē ꝺatum nobis in pignꝰ btituꝺis. ⁊ ꝓmiſſi aꝺuentꝰ aꝺ iuꝺiciū. Naꝫ ꝓmiſit xp̄s ꝙ hꝫ alias oues ꝺucere aꝺ vnū ouile. ⁊ erit vnꝰ paſtoꝛ. ſm̄ Matth. ⁊ ī alio loco. venit filiꝰ hoīs in nubibꝰ celi ⁊c. ⁊ etiā in alio loco q̄ſi pollicēꝺo ꝺixit. Eſtote pati q̄ꝛ q̄ hoꝛa nō putatis filiꝰ hoīs veniet. ſicut iā antea iuſiuranꝺū fecerat ⁊ cōpleuit. vt abꝛahā teſtante zacharia. Juſiuranꝺū qꝺ iurauit aꝺ abꝛahā p̄rēꝫ nr̄m ꝺatuꝝ ſe nobis. qꝺ ꝺe fcrō cōpletū reuera accepimꝰ in ꝺie ntitatis. Qꝺ q̄ꝺ ē ſacr̄m ⁊ myſteriū ⁊ mirabile a ſeculis nō auꝺitū inſtituit in ꝺie paſceue exiſtēs ille rex māſuetꝰ cū ꝺiſcipulis factoqꝫ ſermone cōſolatiuo ex vno latere ⁊ ex altero multe amaritudines: q̄ꝛ ꝺixerat nocte hac ſcanꝺalū ꝑpꝫ me patiemini. Circa qꝺ pōt ē ē vnū ꝺubiū. q̄re magis iſtitutū ē tali ꝺie a xp̄o iſtꝺ ſacr̄m ⁊ nō in alio tp̄e: cū rō ꝺubij pōt ē ē iſta. ꝓma ꝺiſpoſitio ſm̄ ph̄os ꝺꝫ p̄ceꝺere foꝛmā. q̄ꝛ in. ij. ꝺ aīa. ⁊. vi. metha. actꝰ actiuoꝝ ſunt in patiēte ꝺiſpoſito. Sꝫ baptiſmus eſt ꝺiſpoſitio aꝺ hoc ſacr̄m: ergo baptiſmꝰ ē p̄oꝛ. vltra cū baptiſmꝰ fuit iſtitutꝰ poſt paſſionem. ergo ſacr̄m altaris ꝺebuiſſet inſtitui poſt paſſionē. Rn̄ꝺeo ꝙ hoc ſacr̄m tota eccl̄ie curia ꝺocēte ī hac ꝺie iſtitui ꝺebuit. ⁊ nō an̄ nec poſt: ꝙ plurimis: p̄ſertim q̄ttuoꝛ rōnibꝰ arcta ⁊ mota. Pꝛia ē rōne huiꝰ ſacrī neceſſarie aſſignatiōis. nā neceſſitas q̄ aſſignaꝫ q̄re hoc ſacr̄m iſtitui ꝺebuit: ē ſignū q̄ꝛ aꝺ perfectionē nr̄aꝫ exigebat. vt. ſ. caput nr̄ꝫ xp̄s realr̄ coꝛpi cōiūgereꝫ. Sꝫ toto tp̄e p̄ceꝺēti xp̄s ſub ꝓpꝛia ſpē nobiſcū cōſtitutꝰ ē. ergo nō opoꝛtuit an̄ hoc ſacr̄ꝫ iſtitui. ſꝫ tūc ⁊ illo tp̄e qn̄ coꝛpꝰ aſſūptū oblaturꝰ erat. Euſebio atteſtāte. Scꝺa rō ē rōne legalis figuratōis: nā xp̄s ꝙ ꝺiu fuit ī mūꝺo cōuerſatꝰ figuras legis obſeruare voluit: factꝰ ſub lege: vt eos q̄ ſub lēge erāt reꝺimeret a pctō. ſm̄ aplꝫ. Sꝫ veniēte v̄itate ceſſat figura ⁊ vmbꝛa veniēte luce ergo xp̄o receꝺēte ꝑ moꝛtē. qn̄ figure legis terminānꝺe erāt ꝺebuit iſtitui. Tertia rō ē rōne p̄ntatōis. nā hoc ſacrꝫ ē rep̄ſentās terminū ꝺn̄ice paſſiōis. ergo cōgruū erat iminēte iā paſſiōe iſtitui. Quarta rō rōne foꝛtioꝛis imp̄ſſiōis. q̄ꝛ q̄ vltio fiūt magis memoꝛie ipꝛimunꝫ ⁊ cōmēꝺanꝫ. ergo vltio poſt cenaꝫ iſtitui ꝺebuit iſ̄o xp̄o receſſuro. Et hec rō tāgiꝫ ī ꝺecretis ꝺ ꝯſe. ꝺi. ij. c. liq̄ꝺo. vbi ꝺr̄. ꝙ ī memoꝛia ⁊ ī exp̄ſſiōe paſſiōis xp̄i ē inſtitutū. Reſtat ꝺicere ⁊ rn̄ꝺere aꝺ rōnem factā ꝙ nō ē neceſſariū eūꝺē ē ē oꝛꝺinē iſtitutiōis ſacroꝝ ⁊ ꝑceptiōis. ⁊ cā ē. q̄ꝛ aꝺ finē q̄ nobis p̄ſtituiꝫ vltio ꝑuenimꝰ. Jō eucbariſtia quoꝺāmōꝺ ē finis baptiſmi: q̄ꝛ per baptiſmū aliꝺ ꝯſecraꝫ aꝺ eucbariſtie ꝑceptionē ſicut ꝑ oꝛꝺinē aꝺ eiꝰ ꝑceptōē. hoc pacto reꝺeamꝰ vn̄ ꝺigreſſi ſumꝰ: ꝙ ſi illi tres pueri a camīo ignis liberati ī lauꝺem ꝺei qꝺꝺā cāticū cecinere. ſ. Bn̄ē oīa opa ꝺn̄i. Et zacharias ꝓph̄a aliꝺ cāticū. Et iuſtus ſymeō aliꝺ canticū ⁊ hymnū nō ꝑua iocūꝺitate cecinit ob hoc ꝙ veꝝ reꝺēptorē iſ̄ꝫ ī vlnis ſuis tenuit h̄ ꝺ cetero factꝰ ē viꝺēs ⁊ gauꝺēs ita ꝺixit. Nūc ꝺimittis ſeruū tuū ꝺn̄e. Et eccleſia talia ſup̄ꝺicta cantat ⁊ icipit canere. Quāto magis iſtꝺ ſacramētū ſacramētoꝝ q̄ntū verbis poſſumꝰ exp̄mamꝰ canēꝺo ⁊ iubilāꝺo ꝑ qꝺ non mō tres pueri: imo īfiniti hoīes ab īferni igne liberanꝫ. Qꝺ etiā nō ſolū vnū illuminauit imo totū mūꝺū. qꝺ nō ſolū in bꝛachijs illū eūꝺē iſ̄ꝫ recipimꝰ ſꝫ in pectoꝛibꝰ tanq̄ in tabernaculo ſuo nobiſcū cenās ⁊ cōgauꝺēs. Et iſtuꝺ ē ꝺ quo pſalmiſta ꝺauiꝺ in ꝑſona ꝺei māꝺat ꝙ cantemꝰ pſ̄. xcv. Cantate ꝺn̄o canticū nouū: cātate ꝺn̄o oīs terra. Cantate ꝺn̄o ⁊ bn̄ē noīe eiꝰ: annūciate ꝺe ꝺie in ꝺiē ſalutare eiꝰ. i. xp̄ꝫ contentū ī hoc ſacr̄o. Naꝫ iſtuꝺ ē nouū in tp̄e q̄ꝛ an̄ in nulla lege nec nature nec ſcriptu

re.nouū in excellentia qꝛ nullū antea ⁊ po[illegible]ellentiꝰ. Nouū in cōſecratiōe qꝛ nuſꝗ̄ verbis ſimilibꝰ aliqđ ſacr̄m fuit ꝯſecratū nec veteris nec noue legis. Nouū in aſſumptiōe qꝛ ī aliis qđ ſumit̄ maſticat̄ frangit̄ decoquit̄ digerit̄. Ibi ſꝫ aſſumptū realit̄ integre. ⁊ abſqꝫ vlla mutatiōe augmēti nec detrimēti. Quāobrē eccleſia militās abſqꝫ nulla ruga ꝓpt̄ tantū ſacr̄ꝫ ſaluberrimū oībꝰ ꝓmatū publice letant̄. verbis ī celū eleuatio nō ꝑua armonia cātat ⁊ ꝑcipit canere iuxta dictū ſpōſi. ſ. xpi. Exēplum do vobis: vt quēadmodū ego facio ꝙ faciatis. vt pꝫ ex expoſitiōe littere. Ad quam veniamꝰ ſic dicēdo. O (lingua) militie xp̄iane. nō ꝑfidie iudeoꝝ: non porci machometi ſuoꝝūqꝫ cōplicū (pāge) i. cane vel tanꝙ̄ tuba exalta vocē laudando ⁊ ꝗđ (myſteriū) i. diuinū ſecretū vel diuinū abſcōditū: ex eo qꝛ aliud cernit̄. aliud credit̄ vel intelligit̄ (glorioſi corꝑis) ſ. ieſu xp̄i iā glorioſi ⁊ imortalis ⁊ īpaſſibilis. Et pāge myſteriū (ſanguiniſqꝫ ꝑcioſi) qꝛ lauit nos in ſanguīe ſuo (quē). ſ. ſanguinē ꝑcioſ. ꝫ ille rex gentiū) i. gentiliū ⁊ oīuꝫ gentiū. qꝛ eū iudei abdicarūt ⁊ negarūt eē regē. quē pylatꝰ gētilis in ꝑſona oīuꝫ gentiliū cognouit eē regē iudeoꝝ. dicens. regē veſtrū cruciſigā (effudit) i. ſparſit ꝓ pctōribꝰ ⁊ pctō ꝑmi parētis (ī mūdi ꝑciū) i. in ſatiſfactionē ꝓ mūdo: ꝗ cū ſit finitꝰ infinitū nō valebat ſoluere. Rex dico ſuple (fructꝰ vētris generoſi) i. filiꝰ itemerate virgīs. ⁊ pōt intelligi vna figura grāmaticalis ſm̄ quaꝫ ꝑmittit̄ poni ꝑs ꝓ toto. vel etiā (fructus ventris generoſi) i. ꝓles illius que ex vtraqꝫ parte eſſentiali. ſcꝫ corꝑis ⁊ anime ex ꝓſapia regia eſt ꝓcedens. Nam mathei ꝑmo filius dauid qui rex excellens in veteri teſtamento fertur ⁊ hoc ſm̄ carnē ⁊ cū parenteſi debet legi. vt patet bene intuenti.

Nobis natꝰ nobis datꝰ: ex ītacta uirgine: & ī mūdo cōuerſatꝰ
Sparſo uerbi ſemine: ſui moras incolatꝰ: miro clauſit ordine.

Et iſte nāqꝫ rex (nobis datꝰ) ē ſupple a deo patre (nobis natꝰ) i. ꝓpt̄ nos nō ꝓpter angelos: vt nos redimeret ⁊ liberaret a pctō ⁊ nos glorificaret. ⁊ hoc (ex intacta virgīe) ſ. nō corrupta nō ſolū corꝑe: verūetiā mente ⁊ aīo. qꝛ voto ſe deo obtulit ſpōſaꝫ (⁊ ī mūdo cōuerſatꝰ) i. ī terra ſctā ꝙ̄ mediū mūdi dr̄ cū doctoribꝰ legis diſputauit ⁊ cū aliis dū ꝑdicabat: ⁊ miracula inumerabilia faciebat: vt compleret̄ qđ dixit Abacuch. Et ī terris viſus ē ⁊ cū hoībꝰ cōuerſatꝰ ē. ⁊ etiā cōuerſatꝰ ē in mundo (ſparſo verbi ſemīe) i. mediāte ſemīe diffuſo verbi diuini dū ꝑdicabat ꝑ ꝑtes illas iuxta illđ. Semē ē verbū dei qꝛ īde naſcit̄ fructꝰ gratie ꝑ cōuerſionē ab eo. fructꝰ ſaluatiōis ꝑ verā obſeruantiā ⁊ cuſtodiā illiꝰ verbi diuini iuxta illud. Bti ꝗ audiunt verbū dei: ⁊ cuſtodiūt illud. ⁊ ſequit̄ (Sui moras icolatꝰ) i. tarditates ⁊ dilationes ſui (icolatꝰ) i. exilii a ſua patria vn̄ exiuit ⁊ ꝑegrinatiōes ꝑ. xxxiii. annos (clauſit) i. cōcluſit ⁊ cōpleuit ⁊ ꝑfecit (miro ordīe) i. nouo. īđ miro qꝛ nouo. Nā ꝑ ꝑꝰs voluit miſtrare ꝙ̄ miſtrari. ꝑꝰs voluit facere ꝙ̄ docere: ⁊ depoſt ducere opando. ⁊ voluit ꝑ ꝑꝰs miracula facere: vt oñderet ſe veꝝ deū qđ nō docuit vſqꝫ ad etatē. xxx. ānoꝝ. Voluit pati: vt nos nō patiamur ꝓpt̄ ipꝫ. vtpote voluit oēs deriſiones ꝑ ꝑꝰs pati: vt nos ꝗſcūqꝫ illatas cōtumelias ſine murmuratiōe pateremur. voluit nobis mori: vt nos ꝓpt̄ ipꝫ pati ſimꝰ mori. vltimate anteꝙ̄ illā ī maniſſimaꝫ mortē ſuſcepit diſpoſuit medicamē ſufficiētiſſimū ad ſurgēdū ab infirmitate ad ſanitateꝫ. ⁊ a morte pcti ad vitā aīe. vt non oporteret iteꝝ crucifigi: vt rurſus a pctō liberarent̄ hoīes ꝗbꝰ diſpoſitis pie ⁊ miſericordit̄ ordiatis finiuit ꝑegrinatiōeꝫ ad pr̄eꝫ vn̄ exiuit ꝑ tꝑs lē generationē reuertēdo: cū quo ꝗdē ſemꝑ eſt idē quantū ad diuinitatem.

In ſupme nocte cene: recūbés cū fribꝰ: obſeruata lege plene,
Cibis in legalibꝰ: cibū turbe duodene: ſe dat ſuis manibꝰ.

Et ſequit̄. deuote xp̄iane cupis ſcire quo ī tꝑe ordīauit tantaꝫ medicinā tm̄ ſubſidiū ꝓ his ꝗ lucta demonū cadūt. hoc fuit qn̄ ille ſummꝰ rex regū dn̄s dn̄antiū fuit (ſedes cū fratribꝰ) i. diſcipulis ſuis. Qui iaꝫ nō ſeruiſꝫ amici ⁊ frēs erant: qꝛ ab vno eodē auo ꝑ creationē. qꝛ ſub vno iugo amoris: qꝛ ſub mortalitate tūc vna oēs erāt

⁊ hoc ſupple (i nocte) illa die iouis [illegible]e cene) i. vkle i corꝑe mortali ſupple. et (obſeruat a lege plene ⁊c.) i. poſtꝙ legē moyſi ꝑfecte ⁊ cōplete obſeruauit. qꝛ comedit agnū paſchalē more legis: nā nō veni ſoluere legē: ſʒ adiplere: vt ſepe dixit taliꝰ ꝙ tūc: vt nūc ſupple (dat ſe) i. porrigit corpꝰ ſuū (cibū) i. i cibū aīe: ⁊ angeloꝝ (turbe duodene) i. toti ꝯgregationi. xij. apl'oꝝ ſuple vt augeret grā ⁊ fortitudo ad reſiſtēdū īdagatiōi iudeoꝝ corpus ſuū (dat ſe ſuis manibꝰ) non medico alicuius miniſtri. Dādo ſupple ad intelligendū adhuc non eſſe datam ⁊ conceſſaʒ poteſtatem miniſtrandi ⁊ ꝯficiendi aliꝭ etiā ſacramentum.

Verbū caro panē uerū. uerbo carnē efficit. ſitqꝫ ſanguis xp̄i merū. & ſi ſenſus deficit. ad firmādū cor ſincerū. ſola fides ſufficit.

Et ſequit̄. Naʒ poſtꝙ in vltia cena accepit panē i ſctās ac venerabiles manꝰ (verbū caro) i. hō vel xp̄s (panē veꝝ) quē i manꝰ ſuas ſuſcepit ſupple efficit) i. cōuertit (carnē) i. in ſuū corpꝰ. iuxta illd̄ panis quē ego do. caro mea ē ꝓ mūdi vita. ⁊ hoc ſupple (vbo) i. i virtute verboꝝ. ſ. hoc ē corpꝰ meū (qꝫ) ꝑ et (merū. i. vinū viris ſupple (fit ſanguis xp̄i) i. verbis ꝯſecratiōis ꝯuertit̄ i veꝝ ſanguinē xp̄i (⁊ ſi ſenſus) ſu. tactꝰ tangēdo (deficit) ⁊ ſenſus viſus vidēdo decipit̄ accidētia ꝗlibet tm̄ ſentiens attamē ſu. (Ad firmandū cor ſinceꝝ) ſu. nō fractū ꝯtagiōe infidelitatis nō fractū duricia ⁊ ꝑtinacia petri nō factū malicia iudeoꝝ (ſola fides ſufficit) i. ſolꝰ aſſenſus voluntatis ab intelligentia ⁊ ſenſu auditus ꝓcedens iuxta illud fides. Fides non hʒ meritū vbi humana ratio prebet experimentū.

Tātū ergo ſacramētū. ueneremur cernui. & antiquū documētū. nouo cedat ritui. p̄ſtet fides ſupplimētū. ſenſuū defectui.

Et ſequit̄ poſtꝙ virtuōſus ē honorādꝰ Ethicoꝝ. iiij. ꝗnto magis vas oīuʒ virtutuʒ. Jō tm̄ ergo ſacr̄m. i. tā maximā rē ſecretā ⁊ ineffabilem oīuʒ virtutū plenā (veneremur nos cernui) i. hūiles manſueti cū reuerētia ⁊ genu flectiōe ⁊ honore latrie tanꝙ ad deū (⁊ antiquū documētū) doctrina legalis de agno paſchali (cedat) i. det locū (nouo ritui) i. nouo generi cibi. vel doctrina legalis. tanꝙ vmbra figura ⁊ quaſi imperfectū cedat. i. ceſſet dando locū. ſu. nouo ritui. i. ſoli figurato ⁊ ꝑfectiſſimo iuxta illud quando venerit qd̄ ꝑfectū eſt ceſſabit qd̄ ex ꝑte ſicut adueniente luce cedit vmbra. Preſtet fides ſupplemētū vt rite bene veneremur qd̄ non videmꝰ ⁊c. (fides) i. illa noticia enigmatica tanꝙ per ſpeculum (preſtet) i. exhibeat ⁊ ordinet ſupplementū) ⁊ ſic vice fungens (ſenſuū defectui) virtuti limitati ſenſuum exteriorū: qui circa tale obiectū ſunt deficientes ⁊ fallunt.

Genitori genitoqꝫ. laus & iubilatio. ſalus honor uirtꝰ quoqꝫ. Sit & benedictio. ꝓcedēti ab utroqꝫ. cōpar ſit laudatio.

Jō ꝓpt̄ īfinitū bonū nobis collatū a ſctiſſima trinitate (laus ſit gēitori p̄ri ⁊ gēito i. filio ſit eadē laus ⁊ iubilatio qd̄ ē gaudiū qd̄ verbis explicari nō pōt (⁊ ſalꝰ) ſiſr ꝗ ab vtroqꝫ nobis euenit ⁊ ꝓcedit ⁊ nō ex nobis. ſiſr honor ⁊ reuerētia latria. ſiſr virtus ꝗ antonomatice charitas dici pōt: ⁊ ꝗ oēs virtutes cōprehēdit ꝗ redēpti ſumus (quoqꝫ) i. ſimul (bn̄dictio) ſit attribuēda p̄dictis. Juxta illud. bn̄dicti vos a dn̄o ꝗ fecit celū ⁊ terrā (qꝫ) ꝑ et (laudatio cōpar) tota p̄dicta ſup. i. ſimul eꝗlis ſit ſpūi ſancto ſup. (ꝓcedenti) ꝑ eternalē ꝓceſſionē paſſiuaʒ (ab vtroqꝫ) i. a patre et filio. iuxta determinationē eccleſie. Amē. i. ſine fine in ꝑpetuū. Expoſitor ſubmittit ſe determinatiōi ⁊ conſilio eccleſie militanti. Dixi.

¶ Carmē eſt ſaphicum mixtum adonico. Canitur in feſto natalicio ſancti Ioannis baptiſte. cuius generationem educationem laudeſqꝫ proſequitur atqꝫ auxiliū implorat.

u T queāt laxis reſonare fibris. mira geſtorū famuli tuo-

rū. ſolue polluti labij reatū. ſancte ioannes.

Hymnꝰ iſte vitā ⁊ mores habitū ⁊ ꝯuerſatiōez ſcī ioānis baptiſte deſcribit orans ⁊ pſuadēs vt eiꝰ ꝯſuetudinē imitemur: vt ad eiꝰ btitudiez ꝑuenire mereamur (O ſcē ioānes ſolue) i. relaxa (reatū labij) i. oris (polluti) i. inqnati (vt famuli tui qant) id eſt poſſint (reſonare mira) i. mira cula (geſtoꝝ tuoꝝ) i. factoꝝ (fibris) i. venis (laxis) i. reſolutis vel vocibus apertis.

Nuncius celſo ueniens olimpo. te patre magnū fore naſciturū
Nomen & uite ſeriem gerēde. ordine promit.

Nūciꝰ celſo ē veniēs olipo) i. d celo. ſ. angelꝰ gabriel veniēs olipo (pmit) i. nūciat (te fore magnū naſcituꝝ) pri tuo zacharie. ⁊ (nomen tuū ſimilit pmit: qꝛ dixit io annes vocetur ⁊ pmit ſeriē) id eſt ordinē (vite gerende dicens) Vinum ⁊ ſiceraz non bibet (ordine) i. ſm ordinem quem geſſit.

Ille promiſſi dubiꝰ ſuperni. perdidit prōpte modulos loquele.
Sēd reformaſti genitus pempte. organa uocis.

Ille) ſ. zacharias (dubiꝰ) i. credulꝰ (pmiſſi ſupni) i. celeſtis pmiſſiōis (pdidit prō pte modulos loqle) i. modū locutiōis. Ambroſiꝰ dicit ꝙ zacharias vocē amiſerat in con ſonantibꝰ: qꝛ eas formare non poterat (ſed tu reformaſti) o ſctē ioānes (genitus) i. natus (organa vocis pempte) i. extincte vocis.

Ventris obſtruſo poſitꝰ cubili. ſenſeras regē thalamo manētē.
Hinc parens nati meritis uterqꝫ. abdita pandit.

Et tu poſitꝰ) i. recūbēs (cubili) i. vētre mris tue (obtruſo) clauſo ſenſeras regē) i. xp̄m (manētē) i. iacētē (thalamo) i. vētre marie (hinc) i. ex hoc ꝙ tu noviſti xp̄m o ioānes (parēs vterqꝫ) ſ. zacharias ⁊ eliſabet (pādit abdita) i. pphauerāt abſcō dita. Pr dixit. Bn̄dictꝰ dn̄s deꝰ iſrl. ⁊ hoc nō ſuis meritis. ſꝫ (meritis) i. ppr meri ta (nati) i. filij. ſ. ioannis. Mater aūt dixit. Vn̄ euenit mihi ꝙ mr dn̄i veniet ad me

Antra deſerti teneris ſub annis. ciuiū turmas fugiēs petiſti.
Ne leui ſaltem maculare uitam. famine poſſes.

O ſctē iohēs (tu fugiēs turmas) i. turbas (ciuiū petiſti antra) i. obſcuraz ſpelūcaz (deſertis ſub teneris annis) i. etate duodecim annoꝝ (ne poſſes maculare vitā) ſanctaz (famie) i. verbo ocioſo. Ocioſuz ē verbū qd aut vtilitatis rectitudinis aut iuſte rōnis neceſſitate caret (famine dico ſaltē leue) i. ſine bono fructu.

Prebuit hirtū tegimē camelus: artubus ſacris ſtrophiū bidētes
Cui latex hauſtum ſociata paſtū. mella locuſtis.

Camelꝰ pbuit hyrtū tegimē) i. aſpeꝝ veſtimētū (ſacris artubꝰ bidētes) i. oues p̄buerūt (ſtrophiū) i. cingulū (cui) ſ. ioanni (latex) i. aq̄ pbuit (hauſtū) ⁊ cui (mel la pbuerūt (paſtū) mella dico (ſociata locuſtis) i. volatilibꝰ.

Ceteri tantū cecinere uatum. corde preſago iubar affaturū.
Tu quidem mundi ſcelus auferentem. indice prodis.

Ceteri vatū) i. alij pphe (cecinere) pphetauerūt (tātū) i. tātūmodo (corde pſa go) i. puido (iubar affutuꝝ) i. xp̄z venturū. ſꝫ tu diſcretꝰ es ab alijs pphetis dicēs Ecce agnꝰ dei ⁊c. (pdis) i. oſtendis xp̄m. ſcꝫ auferentē (ſcelus mundi) i. peccatū (indice) i. cum digito dicens. Ecce agnus dei.

Non fuit uaſti ſpaciū per orbis. ſanctior quiſqꝫ genitus ioanne.
Qui nephas ſecli meruit lauantem. tingere limphis.

Quiſqꝫ hō genitꝰ nō fuit ſanctior ioāne p ſpaciū (vaſti orbis) i. āpli mūdi Vn̄ veritas ait. Inter natos mulieruz ⁊c. ſ. corruptaꝝ mulieꝝ. Quidā opponūt de xp̄o ſꝫ nō valet.

q̄ꝛ ꝺ virgīe natꝰ ē (q̄) ioħes (meruit tingere) i. baptizare (limphis) i. aq̄s iorꝺānis (lauantē) i. xp̄m purgantē (nephas) i. pctm̄ (ſecli) i. ſeculi. ⁊ ē ibi ſincopa.

o Nimis ſelix meritiq̈ʒ celſi. neſciēs labē niuei pudoris
Prepotens martyr heremiq̈ʒ cultor. maxime uatū.

Et q̄ñ meruiſti xp̄ʒ tingere lip̄his. Tu ꝺico (nimis felix celſi meriti neſciēs) iꝺeſt ignorans (labem) i. ſorꝺem (niuei puꝺoris) i. pulchre caſtitatis (martyr) iꝺeſt teſtis prepotens ꝺixiſti. Ecce agnꝰ ꝺei ⁊c. vel (martyr) i. ꝺecollatus (⁊ cultor) i. habitator (heremi) i. loci ſolitarij. tu ꝺico (maxie vatū) q̄ꝛ ꝓpheta ⁊ pluſq̄ꝫ ꝓpheta.

Serta terdenis alios coronāt. aucta cremētis duplicata quoſdā
Trina centeno cumulata fructu. te ſacer ornant.

Tres orꝺines hic notentur. ſciliect triceſimꝰ ſexageſimꝰ cēteſimꝰ in q̄bus cōtinent̄ oīuʒ hoīuʒ orꝺines. ſ. cōtinētes ꝯiugati. et virgīes q̄ ⁊ ꝺeſignant̄ ꝑ tres viros. ſcilicet per Noe. per Danielem. per Job per Noe coniugati. ⁊ per Job continentes per Danielē virgīes ꝺeſignant̄. Vnꝺe in euangelio. Alij ſunt in lecto. alij in villa. alij in agro. Hoc tractū ē ꝺe euāgelio. vbi ꝺicit̄ ꝺe ſemine iacto in terrā. Aliō ſexageſimū aliuꝺ triceſimū. aliuꝺ cēteſimū fructū attulit. iō ꝺicit̄ h̄ ſerta terꝺenis (Serta) i. corone (terꝺenis) i. triginta (coronant alios) ſ. cōiugatos q̄ habēt ſecū fiꝺē trinitatis ⁊ aꝺherēt ꝺecē p̄ceptis legis. ⁊ alia ſerta (aucta) i. augmētata (⁊ ꝺuplicata cremētis) i. aꝺ ꝺuplū creſcētia. ſ. in ſexageſimū fructū (coronāt quoſꝺaʒ) i. ꝯtinentes qui vixerūt in charitate. ⁊ hñt ſex oꝑa mīe ⁊ caſtitatis vel charitatis vt paſcere ieiunos veſtire nuꝺos ⁊c. (Et trina) i. tria (ſerta cumulata) i. aggregata ex ter triginta (aucta) ꝑ aꝺꝺitionē ꝺenarij. ſ. ꝑ ꝺecē (coronāt te oſcē ioħes) q̄ es virgo (centeno fructu) q̄ꝛ centeſimꝰ fructꝰ coronat. i. orꝺinat virgīes. Et vt breuiꝰ exponamꝰ a triceſimo fructu vel orꝺine ꝯiugati a ſexageſimo ꝯtinētes. a cēteſimo virgīes poſt ꝺiſſolutionē corꝑis ⁊ aīe coronant̄. in eterna btituꝺie. Et nota ꝙ triceſimꝰ nūerus ſurgit a ternario ⁊ ꝺenario. q̄ꝛ cōiugati hñt fiꝺē ſctē trinitatis ⁊ aꝺherēt ꝺecē precep̄tis legis. Sexageſimꝰ nūerꝰ a ſenario ⁊ ꝺenario ſurgit. q̄ꝛ ꝯtinētes hñt ſex oꝑa miſericorꝺie ⁊ charitatis. ſ. paſcere ieiunos ⁊c. Virgīes in centeſimo orꝺie ponunt̄ ⁊ ſignificant ꝑfectionē q̄ꝛ cētenariꝰ nūerꝰ ſurgit a trino triceſimo ⁊ ꝺenario. i. ꝺecem ſuꝑaꝺꝺito. ⁊ ita ſunt centū. ꝑ centū nūerus ꝑfectus intelligit̄: in hoc orꝺine fuit btūs ioannes nō abſurꝺe imo apte ſcꝺm loq̄lā ꝺigitoꝝ. Per triceſimū numeꝝ ꝯiugatorū. ⁊ ꝑ ſexageſimū ꝯtinentiū. ꝑ centeſimū virginū merces accipit̄. Periti eni prima cōputatiōe articuloꝝ quā appellant loquelā ꝺigitoꝝ in ſiniſtra manu ꝑ quam vita tp̄alis intelligit̄ vſq̄ʒ in nonagintanouē ſolebant cōputare. Centū aūt ⁊ ꝺeiꝺe in ꝺextera p̄te ꝑ quā celeſtis vita ꝺeſignat̄. Vñ q̄ꝺaʒ ꝺ̄ centenario habemꝰ in quoꝺaʒ libro ſic. Jaʒ ꝺextra cōputat annos. Jn hoc loco facit auctor numeꝝ ſuū ꝑ q̄nq̄ʒ ꝺigitos manꝰ. ſ. ꝑ pollicē per inꝺicē per meꝺiū meꝺicū ⁊ auricularē. auricularis in palma poſitꝰ ſignificat vnitatē. meꝺicus cū ip̄o poſitꝰ ꝺuo ſignificat meꝺiꝰ cuʒ ip̄is poſitꝰ. ſ. in meꝺio tria ꝺeinꝺe. Auricularis erectꝰ meꝺio ⁊ meꝺico iacentibus q̄ttuor ſignificat. meꝺicꝰ cū illo erectꝰ meꝺio iacente in palma q̄nq̄ʒ ꝺeſignat. meꝺius cū illis erectꝰ ſex ſignificat. Jtē auricularis ī palma extēſus ſeptem ſignificat meꝺicꝰ eoꝺē mō poſitꝰ in palma. viij. ſignificat. meꝺiꝰ ſimili mō poſitꝰ. ix. ſignificat. Jnꝺex q̄ vſq̄ʒ huc nil fecit p̄ꝺicto mō poſitꝰ. x. ſignificat. amplexu pollicis aꝺiūctus. xxx. ſignificat. Per quē nūeꝝ ſatis cōgrue accipit̄ merces ꝯiugatoꝝ ꝓpt̄ illorū mollē amplexū ⁊ vite ꝺilectionē ⁊ ꝯcorꝺiā. Pollex ſiq̄ꝺē cū inꝺice ſil̄r aſtrictus ſexaginta ſignificat. ꝑ quē nūeꝝ ſatis cōpetent̄ accipit̄ merces ꝯtinentiuʒ. Graue eni eſt ab amplexu ⁊ voluptuoſa ꝺelectatiōe ⁊ cōſuetuꝺine abſtinere. vñ ſcriptuʒ eſt Nil ꝯſuetuꝺine maiꝰ. Jn ꝺextera ꝺr̄. c. ꝑ quē nūerū q̄ꝛ fit in ꝺextera parte vita celeſtis intelligit̄. Nō immerito accipit̄ merces virginū q̄ꝛ in hac vita mūꝺā ⁊ imma

culatam vitam ducentes.celeſtē ꝛ angelicam i quantū poſſunt ducunt.

Hinc potēs nr̄i meritis opimis.pectoris duros lapides repelle
Aſperum planans iter & reflexos.dirige calles.

Hinc) i.poſt hoc o ſctē ioannes (potens repelle) i.remoue (duros lapides) i.icre dulitates (nr̄i) pectoris (meritis opimis) i.fertilib⁹ ꝛ magnis ꝛ fecūdis (planās iter aſpeꝝ) i.petroſum (dirige calles reflexos) i.curuos in pctis ꝛ tortuoſos.

Vt pius mūdi ſator & redēptor.mētibus pulſa liuione puris.
Rite dignetur ueniens ſacratos.ponere greſſus.

Vt pi⁹ ſator ꝛ dr̄ a ſero.is.ꝛ creator (mundi ꝛ redēptor mētib⁹ puris pulſa liuiōe) ideſt liuore abiecta ꝛ venenoſa ſorde vicioꝝ (veniens dignet̃ ponere greſſus ſacratos) i.ſan cta itinera (rite) i.recte vel ordinate.

Laudibus ciues celebrant ſupni.te deus ſimplex pariterq; trine
Supplices & nos ueniā precamur.parce redēptis.Amē.

Supni ciues) i.celeſtes angeli celebrant te laudibus o te⁹ ſimplex) ſ.in ſubſtantia (trine) ſ.i pſonis (pit nos ſupplices) i.hūiles (pcamur venioꝫ) i.indulgentiā (parce redēptis) i.dimitte nobis redēptis pctā nr̄a qꝛ redemiſti nos ſāguīe tuo ꝓprio.

¶ Carmē eſt dimetrū iambicū cacometrū. Canit̃ in feſtis apoſtolorū petri & pauli ꝓſequitur ipoꝝ laudes.

f Elix p oēs feſtū mundi cardines.apl'orū ꝑpollet alacriter.petri beati pauli ſacratiſſimi.quos chriſtus almo cōſecrauit ſanguine.eccleſiarū deputauit principes.

Hic laudat auctor deū icōmemoratiōe petri ꝛ pauli q̄ dputauit illos eē pncipes eccleſie ꝛ ptātē dedit illis ligandi atq; ſoluēdi vincula pctoꝝ.vn̄ rogam⁹ eos vt reddant nos deuotos fide ꝛ ſpe robuſtos ꝛ robuſtos ꝛ repletos ſunt egemine charitatis impetrare ab eis viuere poſt mortē (apoſtoloꝝ feſtū felix) i.beatū vel letū preꝑpollet alacriter) i.iocoſe ꝑ alijs ſplēdet (p oēs cardines) i.p oēs ptes mūdi (apoſtoloꝝ) dico ſ.btī petri ꝛ pauli ſacratiſſimi quos apoſtolos (xp̄s cōſecrauit almo ſanguine ꝛ deputauit) i.cōſtituit eos eē (pncipes eccleſiarū.

Hi ſunt oliue due corā domino.& candelabra luce radiantia.
preclara celi duo luminaria.fortia ſoluunt peccatorum uincula.portas olimpi reſerant fidelibus.

Hi ſunt due oliue) ꝛ duo arbores fructuoſe ꝛ redolētes: ꝛ ſūt cādelabra luce radiātia coraꝫ dn̄o.ſ.cū lumīe virtutū: qꝛ dn̄s nō poſuit eos ſub modio abſcōditos.ſꝫ ſup cādelabra.i.i maiori claritate ſiue charitate ſcꝫ romana ciuitate (ꝛ duo preclara luminaria celi ꝛ ſoluunt) i. rumpunt (fortia vincula) peccatorū.ꝛ (reſerāt iſti duo) i.aperiūt (portas olimpi) i.celi (fidelibus) i.chriſtianis.

Habent ſupernas poteſtatem claudere.ſermone ſedes pandere ſplendentia.lumina poli ſuper alta ſydera.lingue eorum claues celi facte ſunt.laruas repellūt ultra mūdi limites.

Et ipi.ſ.petr⁹ ꝛ paul⁹ (hn̄t ptātē claudere ſupnas ſedes) i.celeſtes.hn̄t ptātē claudere (ſermōe) i.ſolo verbo.ſicut clauſit ananie ꝛ ſephire cū dixit petr⁹ pecunia tua tecū ſit.i.pctā tecū ſint i ꝑditionē (ꝛ pādere) i.apire (ſplēdētia lumia poli ligue eorū claues fctē ſūt ſup alta ſydera) i.ſup oēs doctores eccleſiaꝝ (ꝛ repellūt laruas)

i.culturas ydolatrie. Larua q̄ſdā m̄ſtr̄ e ꝛ ī vultu hoīs ē vt pauorē īferat ꝑ q̄ſdā fantaſias nocturnas itelligim⁹ pctā q̄ aplice repellūt ab eis q̄ eos ſequūt (vltra li mitē mūdi) i.extra ecclīaȝ. Nota ꝙ aliō ē latria ꝛ ydolatria: qꝛ latria ē ſūme venera tiōis cult⁹ ſoli dō adhibēd⁹. vel latria ē volūtaria ꝓfeſſio diuie maieſtatis. ydolatria vo ē cult⁹ dō debit⁹ creature exhibit⁹. Et hec differētia ſolet aſſignari int̄ latria ydo latria dulia ꝛ yꝑdulia. de latria ꝛ ydolatria q̄d ſit. dictū ē. Dulia vo ē honoꝛ q̄ d̄bet̄ ſctis. Vñ d̄ btā virgie ſciēdū ꝙ i ꝙtū eſt ꝑſona ſctā ei debet̄ dulia: ſȝ i ꝙtū ē mr̄ dī de bet̄ ei yꝑdulia. i. magna excellētia qꝛ yꝑdulia debet̄ excellēti ſicut ē caro xp̄i. Btā vo go. crux xp̄i. qꝛ fuit iſtrumētū nr̄e r̄ dēptōis ꝛ ꝯcoꝛdat cū dicētib⁹ ꝙ ē dulia maioꝛ ꝛ mīoꝛ ꝗ latria ꝛ dulia ꝛ differētijs hr̄. c. venerabiles imagīes d̄ ꝯſe. di. iij. igl. ibi poſita

Beatus petrus cathenarum laqueos: chriſto iubente rupit mi-rabiliter: cuſtos ouilis & doctor eccleſie: paſtor & gregis con ſeruator ouiū: arcens luporū truculentā rabiē.

Btūs petr⁹ rupit laq̄os cathenar̄) qꝛ ceciderūt cathene d̄ manib⁹ ei⁹ ꝑ angelum nūciantē (mirabilit̄) i. fortit̄ (xp̄o iubēte) ꝛ ip̄e (cuſtos ouilis ꝛ doctoꝛ) fidelis (ec cleſie ꝛ paſtoꝛ gregis) xp̄iani: ꝛ (ꝯſeruatoꝛ ouiū) i. fideliū (arcēs) i. repellēs (trucu lentam) i. crudelē (rabiē) i. ſeuiciē (lupoꝝ) i. demonū vel hereticoꝝ.

Quodcūqȝ uinclis ſuper terrā ſtrinxerit: erit in aſtris religatum fortiter: & quod reſoluerit in terris arbitrio: erit ſolutū ſuper celi radiū: in fine mundi iudex erit ſeculi.

Q̄dcūqȝ vinclis) i. ſentētijs ſtrinxerit. i. legauerit ꝛ cōſtringet (erit ligatū aſtris) i. i celis (ꝛ q̄d reſoluerit in terris arbitrio) i. iudicio ſuo (erit ſolutū ſup radiū ſolis) vel celi. ꝛ (erit iudex ſeculi) in fine mundi.

Non impar paulus huic doctor gentiū: electionis tēplū ſacra-tiſſimū: in morte cōpar in corona particeps: ambo lucerne & decus eccleſie: in orbe claro coruſcāt uibramine.

Petr⁹ erat talis q̄lis ſupi⁹ oſtēdit: ſȝ paul⁹ (nō ipar huic) i. petro eq̄lis (doctoꝛ gē tiū ꝛ ſacratiſſimū tēplū) i. vas electiōis (ꝛ in moꝛte) i. in paſſione (cōpar) i. equa lis huic (ꝛ in corona particeps) cōcoꝛs (ambo illi lucerne ſunt ꝛ decus) i. honoꝛ. (eccleſie coꝛuſcant claro vibramīe) i. magno ſplēdoꝛe (ī oꝛbe) i. mundo.

O roma felix que tantorū principū: es purpurata precioſo ſan guine: excellis omnē mūdi pulchritudinē: nō laude tua ſed ſan ctorū meritis: quos cruentatis iugulaſti gladijs.

O roma felix) i. btā es (q̄ purpurata) i. d̄coꝛata (p̄cioſo ſāguie) hoꝝ q̄ paſſi ſūt (tā toꝝ p̄ncipū) i. tā magnoꝝ. ſ. petri ꝛ pauli (excellis) i. ſupas (oēȝ pulchritudinē mū di) nō tua laude (ſȝ meritis ſctōꝝ) i. ꝑpt̄ ſctōs (quos iugulaſti) i. interfeciſti (gla dijs cruētatis) i. ſanguinolentis: qꝛ in te occiſi ſunt.

Vos ergo modo glorioſi martyres: petre beate paule mundi liliū: celeſtis aule triūphales milites: precibus almis ueſtris nos ab omnibus: munite malis: ferte ſuper ethera.

Et qꝛ habetis ꝑtātē ligādi atqȝ ſoluēdi. ergo o (martyres glioſi) ſ. petre ꝛ paule li liū) i. oꝛnamētū vl̄ flos (mūdi ꝛ milites celeſtis aule triūphales) i. victorioſi (mu nite) i. defēndite nos ab oībus malis (veſtris almis p̄cibus ꝛ ferte nos ſuper ethe ra) id eſt vſqȝ ad ethereum celum.

Gloria deo per immenſa ſecula: ſit t-bi nate decus & imperiū:
Honor poteſtas ſanctoq; ſpiritui. ſit trinitati ſalus indiuidua:
per infinita ſeculorum ſecula.

Glia ſit dō pr̄i p īmēſa ſecula) i.p imutabilia ſecula (7 o tu nate) i.fili dī viui (dec⁹ 7 īperiū) q̄ iperas celo 7 t̄re 7 mari (ſit tibi honor 7 ptās 7 ſpūi ſctō īdiuidua) i.inſepabilia (ſal⁹ ſit trinitati) q̄ trinitas vn⁹ de⁹ ē ſal⁹ oīuз gētiū p īfinita ſc'la ſeculorū.

a Vrea luce & decore roſeo lux lucis oē pfudiſti ſclm decorans celos iclyto martyrio: hac ſacra die q̄ dat reis ueniā.

O lux lucis) i.fili⁹ pr̄is pfudiſti oē ſclз) i.repleſti (aurea luce) i.pdicatōe apſlo4 lumina aurea dicti ſunt apoſtoli ſapie pferētia ſplēdorē 7 bōitatis 7 bone vite q̄b⁹ nos illumināt (7 decore roſeo) i.rubeo martyrio (tu dico dcorans celos) i.celeſtes creaturas (inclito martyrio) i.nobili paſſione (hac ſacra die) ſ in hac ſacra feſtiuitate (que) dies (dat veniaз) i.indulgentiaз (reis) i.peccatoribus.

Ianitor celi doctor orbis pariter: iudices ſecli uera mūdi lumīa
Per crucē alter alter enſe triūphās: uite ſenatū laureati poſſidēt.

Janitor celi) i.petr⁹ oſtiari⁹ (doctor orbis) i.pdicator mūdi.ſ.paulus (parit̄) i.ſit ſūt (iudices ſecli 7 ſūt (7 a lumia mūdi alt̄) i.petr⁹ (triūphās) i.vicēs p crucē alt̄.i. al'⁹.ſ.paul⁹ (triūphās ēſe laureati) i.coronati (poſſidēt ſenatū) i.pncipatū vite et'ne

Iā bone paſtor petre clemēs accipe: uota pcātū & pcti uincula
Reſolue tibi poteſtate tradita: q̄ cūctis celū uerbo claudis apis

Apoſtropham facit ad pet4 ſic dicens (o petre bone paſtor clemēs accipe iaз vota precantuз) i.pces.7 (reſolue vincula peccati poteſtate tibi tradita a xpo (qua) poteſtate claudis 7 aperis (celū) i.padiſum (cūctis verbo) i.ſermone.

d Octor egregie paule mores iſtrue & mēte polum nos trāſferre ſatage: donec pfectum largiatur plenius euacuato quod ex parte gerimus.

O paule doctor egregie (iſtrue) i.cōpone nr̄os mores (7 ſatage) i.labora trāſferre nos mēte polū) i.celeſtia mēte cogitare: 7 q̄ i celis tota mēte cōſiderare (donec) i.quouſq; (pfectū in vtraq; pte) ſcз aīa 7 corpe (largiat̄) i.tribuat̄ nobis in futuro (plenī⁹) i.de⁹ largiat̄ illo (euacuato) ſ.penit⁹ dimiſſo.i.mortalitate (qd̄ gerim⁹ ex pte) i.in hoc mortali corpe q̄ſi in aliā partē hoīs.i.in futuro glorificabitur hō plenius 7 pfectius data ſibi immortalitate vtriuſq; partis.ſ.corporis 7 anime.

Oliue bine pietatis unice: fide deuotos ſpe robuſtos maxīe: fōte repletos charitatis gemīe: poſt mortē carnis īpetrate uiuere

O liue bine) i.due oliue (pietatis vnice) i.īdiuiſe vel vni⁹ amoris (īpetrate) i.poſtulate a deo nos (viuere deuotos fide 7 robuſtos) i.firmos (ſpe maxie repletos fonte gemine charitatis) ſcз dilectōe dei 7 pximi impetrate inq̄ dico (poſt mortem carnis) i.ſeparationē corpis 7 anime.

Sit trinitati ſempiterna gloria: honor poteſtas atq; iubilatio:
In unitate cui manet īperiū: ex tunc & modo p eterna ſecula.

Sēpit̄na glia) i.et'na glia (ſit trinitati) i trib⁹ pſonis (7 honor ſit eis atq; iubilatio) i.laudatio (ſit ei triтati ī vnitate) ſ.ī vno dō (cui trīati q̄ē vn⁹ de⁹ (manet imperium ex tūc) i.ab exordio mūdi (7 mō) ī pñti (p et'na ſecula) i.p oīa ſequentia.

¶ Carmen eſt dimetrū iambicum cacometrum. Canitur in ſe

ſtis ſancto[illegible]rum.

t Ibi xp̄e ſplēdor prīs. uita uirtꝰ cordiū. i cōſpectu āgelorū uotis uoce pſallimꝰ alternātes cōcrepādo. melos damꝰ uocibꝰ

In hoc hymno intēdit auctor laudare dn̄m intēdit etiā in cōmemoratiōe ſācti michaelis grā vel amore ipiꝰ archangeli collaudare oēs angelos: ſꝫ marie michalez q̄ eſt p̄nceps militie celeſtis. rogat itaqꝫ ⁊ ꝓcat vt oēs angeli nobis aſſiſtant ⁊ demones a nobis repellant ⁊ mundꝰ corde ⁊ corpore nos reddant. O (xp̄e qui es ſplendor patris vita ⁊ virtus cordiū) q: ſicut viuit corpus ꝑ aīam: ita viuit aīa ꝑ xp̄m. (pſallimꝰ tibi in cōſpectu angelorꝫ votis ac ꝓcibus) vel corde ore ⁊ voce. ⁊ (damꝰ melos) i. melodias (vocibus) noſtris (concrepando) i. reſonando (alternātes) ideſt vocibꝰ alternatis decantantes.

Collaudemꝰ uenerantes. oēs celi milites. ſed ꝓcipue p̄matē. celeſtis exercitus. michaelē in uirtute. cōterētē zabulon.

Nos collaudamꝰ venerantes oēs celi milites) i. angelos celi (ꝓcipue p̄matē celeſtis exercitꝰ) ſ. michaelē ꝯterētē zabulō) i. diabolū (ī virtute) crucis. Michael q̄s eſt deꝰ q̄ſi dicat. quis eſt ita fortis vt deꝰ noſter: qui creauit nos ad laudandū ſe. ꝑ hoc nomen michael oſtendit̄ q̄ nullꝰ pōt facere que deus facit.

Quo cuſtode ꝓcul pelle. rex xp̄e piiſſime. oē nephas inimici. mūdo corde & corꝑe. ꝑadiſo redde tuo. nos ſola clementia.

Quo cuſtode) ſ. michaele. o (piiſſime) i. fortiſſime (ꝓcul pelle) i. abiice lōge (omne nephas) i. oē peccatū (inimici) i. diaboli: ⁊ redde nos ſola vel ſctā clementia (tuo ꝑadiſo) i. requiē nos dico (mūdos factos corde ⁊ corꝑe) i. tā ī aīa q̄ in corpore.

Gloriā prī melodis. ꝑſonemus uocibꝰ. gloriā xp̄o canamus. gloriā paraclito. q deꝰ trinꝰ & unꝰ. extat ante ſcl'a.

Et quo cuſtode) ſ. michale xp̄s expellat a nobis oē nephas inimici ⁊ faciat nos mūdos corde ⁊ corꝑe. ideo (ꝑſonemꝰ gloriā prī vocibꝰ melodis) i. dulcedinis vel dulcibꝰ melodiis (⁊ canamꝰ gloriaꝫ xp̄o) i. eiꝰ filio (⁊ canamꝰ ſimiliter eadem q̄litate (gloriaꝫ) i. laudē dei ⁊ honorē (ꝑaclito) i. ſpūi ſancto (q̄ extat) i. manet deꝰ trinus ī ꝑſonis. ⁊ vnꝰ in vnitate ſubſtantie (ante ſecula) i. ante oīa ſecula. Amen.

¶ Carmē eſt ſaphicum mixtum adonico. Canitur in feſto angelorum: quorum auxilium petit.

c Hriſte ſcōrū decꝰ angelorū. rector humani generis & auctor. nobis eternū tribue benignꝰ. ſcādere celū.

O xp̄e ſctōrꝫ decꝰ angelorꝫ) ſctōrꝫ dico ad differētiaꝫ malorꝫ. Et nota q̄ auctor facit h̄ iuocatiōnē ad oēs ⁊ ſingulos bonos angelos (rector hūani generis. ⁊ auctor tu benignꝰ tribue nobis ſcandere) i. aſcēdere (celū) i. regnū eternū.

Angelū pacis michael ad iſtā. celitus mitte rogitemus aulā. Nobis ut crebro ueniente creſcant. ꝓſpera cūcta.

Rogitemꝰ mittat celitꝰ) i. dirigat (ad iſtaꝫ aulaꝫ) i. eccleſiā (michaelē angelū pacis) q̄ nos placaret deo quotiēs magna nūciāt̄ a dō michael mittit̄ q̄n vero maiora gabriel mittit̄ vt marie zacharie. ad medelaꝫ raphael mittit̄ vt thobie ad hoc ergo mittat̄ (vt cūcta ꝓſpa creſcant veniēte michale angelo dī (crebro) i. frequēter

Angelus fortis gabriel ut hoſtē. pellat antiquū uolitet ab alto.

Sepius templum ueniat ad iſtud: uiſe... noſtrum.

Gabriel iterꝑtatur fortis angel9.i. fortitudo deiꝑ q̄d itelligit ꝙ fortis fuit ⁊ potēs ad defentēdū fortitudinē diaboliꝑ virtutē ſctē crucis (⁊ gabriel fortis angel9 voliter) i.volet (ab alto celo vt pellat antiquū hoſtē) ideſt diabolū. gabriel dico (veniat ſepius ad iſtud templū) i.eccleſiā (miſertus noſtri)

Angelum nobis medicū ſalutis: mitte de celis raphael ut oēs

Sanet egrotos: pariterq; noſtros: dirigat actus.

O xp̄e (mitte nobis āgelū raphaelē medicū ſalutis nr̄e) raphael iterꝑtatur medicina dei.⁊ ſignificat xp̄z q̄ tulit nobis d̄ celis medicinā cui9 gr̄a mūdati ſum9 ab oī peccō ⁊ liberati ab hoſte antiquo (vt ſanet) i.curet nos oēs (egrotos) in mēte (⁊ dirigat actus nr̄os) i.noſtras operationes prauas ad bonam operationem.

Hinc dei noſtri genitrix maria: tot9 & nobis chor9 angelorū.

Semper aſſiſtat ſimul & beata: concio tota.

Et q̄r facim9 inuocatiōē angeloꝝ (maria genitrix dei noſtri ⁊ totus chorus (angeloꝝ aſſiſtat ſemꝑ) i.in omni tp̄e (nobis) omnib9 (⁊ tota concio beata) i.exercitus angeloꝝ (nobis aſſiſtat ſimul) ⁊ iſti intercedāt ꝓ nobis.

Preſtet hoc nobis deitas beata: patris ac nati pariterq; ſancti:

Spiritus cuius reboat in omni: gloria mundo.

Beata deitas) ſ.p̄ris (ac nati) i.filij (⁊ ſpūs ſcti ꝑſtet) i.tribuat (nobis parit̄ hoc quod ꝑdictū eſt (gloria) cui9 ſpūs (reboat) i.ꝑſonat in omni mūdo.

¶ Carmē ē dimetrū iābicū cacometrū. Canit̄ in feſto omniū ſanctorū: quorū omniū interceſſiōe ꝓ nobis implorat.

c Hriſte redemptor omnium: conſerua tuos famulos.

Beate ſemper uirginis: placatus ſanctis precibus.

Hic facit inuocatiōē ad oēs ordies angeloꝝ ⁊ deꝑcat̄ eos vt ipi aſſint nobis: et a nobis oīa vicia repellant ⁊ nos purificatos corde ⁊ corꝑe ⁊ oꝑe ad celeſtia regna ꝑducant (O xp̄e redēptor oīuz) ſ.fideliū (cōſerua tuos famulos) qui tibi famulantur. tu dico (placat9 ſctis ꝑcib9 btē marie virginis ⁊c.

Beata quoq; agmina: celeſtium ſpirituum.

Preterita preſentia: futura mala pellite.

O beata agmina celeſtiū ſpirituum) i.angeloꝝ (pellite quoq;) i.ſimiliter (ꝑterita mala) i.vicia ꝑſentia ⁊ futura a nobis.

Vates eterni iudicis: apoſtoliq; domini.

Suppliciter expoſcimus: ſaluari ueſtris precibus.

